primum peremptorium uti et alios omnes ex inde consequentes causae eiusdem Terminos, tamque peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra uel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Evictorem uel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos ~~dilatorem~~ sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa oia praemissis singulis uel triplicatis euasionibus suis perversionibus fatalijs iuris praescriptione Terrestri bello conventionemque ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis aliouersa tendo, Hac sua praesenti Personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Poniatowska Poniatowskie Quietat.

017 Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Generosa Magdalena Poniatowska Generosi Petri Kylinski Consortis legitima, cum eiusdem Mariti sui ut tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, a Terris districtibus iuribusque iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti uero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se

cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosum
Ignatium Ciołek Poniatowski fratrem suum germanum eiusque
successores de summa Mille florenorum Polonicalium, sibi
Recognoscenti, per eundem fratrem suum, Actis Officij Praesentis
inscripta, et modo simplicis debiti super bonis suis generaliter
omnibus, ad solvendum assecurata Nec non de eadem ipsa
Inscriptione Debitorea Castrensi Premisliensi, quietat emittit
et dimittit et liberum absolutumque facit et perpetuo pronuntiat
Inscriptionem eandem Debitoream cum omnibus illius Con-
ditionibus, in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat
Recognoscens sibi summam eandem Mille florenorum Po-
lonicalium praestitam persolutionem. Ac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

# Feria Secunda Pridie Festi Sancti Aegidij Abbatis, Anno Domini, Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 31/VIII

# Hossowska Mnickie Donat